



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 45. Typus Imperatoris Constantii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66082)

Sæculum VII S. Petro Passionem rejecit. In hoc Jenu
 A.C. 647. accipimus illa Evangelii verba. De-
 scendi de Cælo, non ut faciam Volun-
 tatem meam sed Voluntatem ejus, qui
 misit me, & detrectationem patiendi.
 Non admittimus in JEsu Christo, qui
 unus est, Voluntates diversas, & sibi
 oppositas, sed accipimus hæc Verba ne-
 gative, (*) & credimus, JEsu Chri-
 stum simpliciter dicere, quid non habeat,
 sicut in illo textu: neque peccatum meum
 neque iniquitas, Domine! Paulus S. Gre-
 gorium Nazianzenum, S. Athanasium, &
 S. Cyrillum, tanquam hujus Sententiæ
 Defensores nominat. Affirmat, omnes
 Patres unam in Christo Voluntatem do-
 cuisse, & subjungit: Hæc etiam Senten-
 tia erat Sergii & Honorii, quorum al-
 ter Novæ alter Antiquæ Romæ Episco-
 pus fuit.

§. XLV.

Typus Imperatoris Constantii.

Paulus Patriarcha hac Fidei explicatio-
 ne nec Papæ nec Episcopis Occiden-
 tis,

pis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.
 Matth. 16. v. 23.

(*) Pater mi! si possibile est, transeat a me
 Calix iste. Verumtamen non sicut ego volo,
 sed sicut tu. Matth. 26. v. 39. Profecto, hæc sa-
 tis argute iste Paulus!

tis, præsertim Africanis, quos mitigare Sæculum VII
 etiam Salutis Reipublicæ causa debuis- A. C. 648.
 set, gratum fecit, & Eccl̄esie adhuc dum Conc Later.
 publice suspensa Catholicis conquerendi Secr. 4.
 occasio erat. Itaque tollere illam statuit, p. 222.
 permovitque Constantem, ut ederet E-
 dictum, quo utrique Parti silentium im-
 peraretur. Hoc Edictum appellatum
 est Typus, id est, Formula, atque anno
 648. Indictione sexta promulgatum fuit.
 Initio Imperator statum Quæstionis po- Acta S. Mau.
 nit, & utriusque Partis argumentis sum- p. 35.
 matim allatis subjungit: *Quamobrem o-* to. 6. Conc.
mnibus Subditis nostris Catholicis probi- p. 231.
bemus, ne deinceps quacunque demum ra-
tione de una Voluntate aut una Opera-
tione aut de duabus Voluntatibus vel
Operationibus disputent, salva illa Do-
ctrina, quæ semel a probatis Patribus
de Incarnatione Verbi definita fuit. Vo-
lumus, ut omnes sequantur Sacram Scri-
pturam, quinque Concilia Oecumenica,
& litteralem sensum Patrum, quorum
Doctrina Ecclesiæ Regula est. Nihil ad-
datur, nihil dematur, nec secundum o-
pinionem privatorum explicentur. O-
mnia in illo statu remaneant, in quo
fuerunt, antequam hæc lites oriventur, ac
si nunquam fuissent motæ. Præterea ut
Ecclesiarum perfecta concordia reduca-
tur, & omnis Prætextus adimatur sine
sine disputare volentibus, Libellum de hac
Qua-

Sæculum VII *Quæstione agentem in Vestibulo Ma-*
 A. C. 648. *gnæ Ecclesiæ hujus Urbis Cæsareæ af-*
fixum removeri jussimus. Qui huic De-
creto adversari ausi fuerint, primo terri-
bile Dei Judicium experientur, deinde
nostram indignationem, & si Episcopi
sint vel Clerici, deponantur. Monachi
excommunicentur, & e sedibus suis eji-
ciantur. In Dignitate aut Officio con-
stituti illo priventur. Hominum pri-
vatae sortis, & divitum Bona Fisco ad-
dicantur. Pauperes in cute temerita-
tem luant, & proscribantur. Hic est
Constantis Typus.

§. XLVI.

Paulus & Pirrhus damnantur.

Anast. in
Theod. Conc.
Lat. Secr. 2.
p. 116.
Theoph. an.
20. Har. p.
 275.
 Theodorus Papa, cum jam satis con-
 staret, Paulum Patriarcham nec Epi-
 stolis suis, nec Legatorum suorum hor-
 tatu ad Fidem Ecclesiæ Catholicæ redu-
 ci posse, tandem Sententiam Depositi-
 onis contra eum pronunciavit. Id factum
 creditur in Synodo, & quidem in eadem,
 in qua Pirrhum damnavit; quippe ille,
 postquam Romæ errorem retractasset,
 Ravennam delatus, ad vomitum rediit,
 Hæresin Monothelitarum denuo profes-
 sus. Credere pronum est, eum spe re-
 cuperandæ Sedis Constantinopolitanæ
 ab Exarcho fuisse deceptum; quamvis
 etiam relapsus post brevissimum tem-
 pus